



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

14. Quomodo ratione contractûs forum contrahatur: & an absolutè quis subditus efficiatur ratione contractûs?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ciale habet, ut nunquam ab ignorante incuratur, nisi ignorantia crassa aut supina sit: ita Barth. cit. Sed hujus opinio merito nobis displicet quoad eam patrem, dum asserit: ignorantiam pœnæ lege statutæ in censuris tantum, non autem in aliis excusare, ab incidentia pœnæ: quia consensus interpretativus in pœnam non est admittendus formaliter, quando non est consensus, in delictum formaliter, prout talis pœna causa est: sed committens voluntariè delictum, quod nescit inevitabiliter causam esse talis pœnæ non consentit in delictum formaliter, ut causa est, ergo. Et est sententia non tantum Felin. sed etiam Soar. *To. 5. in 3. p. d. 4. S. 9. Sancti lib: 9. de matr: disp: 32. n. 17. Host: cap. à nobis i. de sent: excomm.*

14. *Ratione contractus*, vel quasi contractus, qui incola non est, tum demum forum sortitur, si in loco moram trahat. *cap. ult: & cap. 1. h. t. in 6. Fel: in cap. ult: de foro comp: vel inibi negotium aggressus sit: vel tabernam; officinam, aut hortum conduxerit ad vendendum. L. heres 19. S. proinde. ff. de jud. Nisi contractus comple-*
 menti

mentum, & solutio in alium locum destinata sit, quia tunc non in loco contractus celebrati, sed in destinatae solutionis loco forum sortitur. *L. contraxisse. 21. ff. de act: & oblig: L. 1. C. de jurisd. L. unica C. ubi conven: qui certo loco dare promisit. Covar. pr. q. cap. 10. Nam veluti contraxisse unusq; in eo loco intelligitur, in quo ut solveret se obligavit. L. 21. ff. de oblig. & act.* Alioquin verò peregrinus, aut Mercator præcisè ex contractu, quem fortè transiens, aut non diu moraturus in loco instituit, inibi conveniri non potest, nisi de fugâ; aut de fraude suspectus sit: & tum cogi poterit ad satisfaciendum, quòd solvere velit in loco domicilii: *Gl: in cap. 1. de foro compet: §. contrahentes, & §. proinde ver. debeat.* quia durissimum certè foret, quotquot locis quis navigans vel iter faciens delatus est, tot locis conveniri. *L. haeres: 19. ff. de jud: Gail: 2. obs: 36. n. 44.*

15. Unde qui ratione contractus, aut etiam ratione delicti forum sortitus est, non est subditus absolutè, sed tantùm in ordine ad locum dum ibi existit. Quare si egressus sit ex territorio, desinit esse subditus, quoad personam; ita ut ad compa-
ren-